[P]ost aliquos dies venit novus soldanus
et personuit terra instans et novis clamo-
ribus renovantque ex tunc Christianis omnia
contra votum et pestilentia, ita ut fere
quilibet suum lugeret mortuum vel infir-
mum et crassabatur in homines et iumenta
et fames impedientibus Sarracenorum galeis
transitum victualium non duas successive
carna~~x~~rias acceperunt. Dum igitur Damiatam
redderent+ infinita Sarracenorum multitudo
eos insequitur et ad quoddam casale voca-
tum Sermesach rex [Lo]doicus[a] cum duobus
fratribus suis capitur et exercitus multitudo
per terram, per flumium occiditur, capitur,
concrematur. P~~ost~~er[b] multos autem tractatus
vix hoc convenerunt cum soldano, ut re-
gem et omnes captivos, postquam ipse
rex in Egyptum venerat, dimitteret necnon
et captivos a tempore autem sui citra. Et quod
terras quas in regno Therosolimitano in adven-
tu regis Christiani ten~~u~~ebant, cum omnibus perti-
nentiis in pace tenerent[c]. Rex autem debebat
sibi reddere Damiatam et VIII milia Brizantio-
rum Sarracenorum pro liberatione captivorum
dampnis datis et expensis, necnon liberare Sarrace-
nos captos in Egypto et regno Therosolimitano.
Et adiectum fuit quod quecumque remanerent et[d]

fere C.

carnarias C.

+ reddent C (redirent?)

a) Rex dom. C

b) P C.

+ a tpe aut || sui cit C.

c) tenet C

d) 7 C Zu lesen t in?